

Festum Pentecostes

pie celebrandum

Civibus Academicis

indicunt

**Prorector, Cancellarius, Director et Senatus
Academiae Albertinae.**

Anno



MDCCCXXXVII.

*Insunt Epistolae Joannis Brismani et amicorum ejusdem partim primum
ex autographis editae.*

Regiomonti Borussorum.

Typis academicis Hartungianis.

P r a e f a t i o.

Quas in hoc volumine conjunximus epistolas, eae sunt tum viri laudatissimi, quem ipse Lutherus sacrorum instaurationis caussa in Borussiam misit, D. Joannis Brismanni, primi ad ecclesiam nostram cathedralem pastoris evangelici et postea Praesidis ecclesiae Sambiensis, tum ad ipsum datae amicorum ejusdem, quorum summa et satis cognita sunt merita.

Jam quidem anno MDCXXII. Andreas Vogler Pastor et Archipresbyter Welovianus epistolas Lutheri ad Brismannum ediderat, adjectis nonnullis aliis ad eundem epistolis Philippi Melanthonis, Spalatini et Sperati *), quae collectio in libro Acta Borussica,

*) Cfr. liber rarissimus sub hoc titulo: *Reverendissimi quondam in Christo patris D. Martini Lutheri Germanorum prophetae et tertii Eliae orthodoxaeque doctrinae restauratoris imperterriti literae ante integrum seculum ad reverendissimum et clarissimum virum Dominum Johannem Brismannum SS. Theol. Doctorem et Episcopum sive praesidentem olim in Borussia exaratae. Collectae a M. Andrea Voglero Pastore et Archipresbytero Weloviano. Regiomonti typis Osterbergerianis per Johannem Fabricium. Anno 1622.* — Exemplar hujus libri exstat in bibliotheca urbis nostrae, in collectione librorum variorum: *Rerum Prussicarum scriptores T. IV.* — In praefatione hujus libri inveniuntur haec verba editoris memorabilia: „... ego., hactenus autographa Taumasiandri Lutheri nostri, tertii Eliae, ut et doctorum virorum Epistolas ad Lutherum tempore reformationis Evangelicae et praesertim tempore, quo Augustana Confessio Carolo V. exhibita fuerat, exaratas, data occasionis opportunitate, bona fide collegi, earumque partem ad Reverendissimum et amplissimum in Witebergensi Academia, facultatis Theologicae senatum ablegavi, nec non eorum censurae submisi, ut selectis illis, quae ad ecclesiae aedificationem et historiae confirmationem facerent, publici illae Clariss. virorum literae juris fierent. De cujus propositi mei successu, ut non desperem, faciunt literae Rev. Clariss. Doctissimique Viri, de religionis orthodoxae propagatione et cacodoxae impugnatione bene meriti D. D. Friderici Balduini in Witteberg. Acad. S. S. Theol. Profess. etc. ad identidem Rev. Clar. et Doctiss. Theologum D. D. Johannem

aucta epistola ipsius Brismanni ad Lutherum et notis instructa, est repetita *), et novissime V. S. V. De Wette, qua conspicuus est diligentia, epistolas Lutheri ad Brismannum, quotquot exstant, suo

Bohemum p. t. Regiom. Academ. Rectorem magnificum et S.S. Th. Profess. Primum etc. etc. amicum meum singularem. In quibus haec exstant verba: Nuper selectum quendam instituere coepi earum epistolarum, quae propter historiam temporis edi possunt etc. et addit: Quod si ergo consenserit Dominus Voglerus, operae pretium esset, ut de eo qui sumtus faceret, cogitaret. Nam in hac rerum omnium difficultate difficulter invenire possumus bibliopolam, qui onus illud sibi imponi patiatur. Hucusque D. Balduinus. Ut igitur facilius promotorem, cujus impensis hae clarorum virorum literae prodirent, excitarem et impetrarem, *has bona fide ex autographo Lutheri, a me descriptas literas* pro hedera suspendere et veluti *πρόγευμα* quoddam praemittere volui. Communicavit autem easdem mihi generosus et strenuus Dominus Joachimus Camerarius, alias *Remmerer*, vir gentilitia pariter ac literata nobilitate clarus, compater meus dilectissimus et amicus intimus Joachimi Camerarii, de republica literaria meritissimi nepos, filius nobilis Johannis Camerarii Consiliarii quondam Princip. Boruss. qui per integrum seculum servatas eas ex bibliotheca avi sui materni Reverendissimi Clarissimi et Doctissimi Dni. Doctoris Johannis Brismanni Episcopi et Praesidentis in Borussia luci exposuit. —

Summo autem in honore habitus fuit apud Illust. Princ. (Albertum) praedictus D. Brismannus, ut non sine multis sumtibus ex Riga Livoniae, in qua ob inconvenientem sanitati ipsius aëris intemperiem, diutius persistere non potuit, eum ad se vocaverit, *sed et in omnibus epistolis, manu propria scriptis, quarum magnum cumulum commemoratus nobilis Dominus Camerarius, ceu pretiosum depositum diligentissime reservat*, dilectissimum suum compatrem vocaverit, et consilium ipsius in sacris tanquam Delii alicujus Auguris imploraverit, acceptaveritque. — Ex his Vogleri verbis intelligitur, ejus tempore permultas adhuc epistolas ad Brismannum scriptas exstitisse, praesertim Lutheri et principis Borussiae Alberti. Partem harum epistolarum Lutheri, Melanthonis, Spalatini et Sperati ipse Voglerus l. l. edidit, reliquae vero, inprimis quas Albertus scripserat, prorsus deperditae videntur.

*) Cfr. *Acta Borussica T. I. p. 791*. Titulus hujus collectionis hoc in libro hic est: *Brismanniana. Das ist: Einige von Luthero, Melanchtone, Spalatino und Sperato, an Joh. Brismannum gerichtete Briefe.*

epistolarum Lutheri corpori inseruit *), at quas ipse Brismannus scripsit epistolas, praeter laudatam nondum sunt editae.

Postquam vero abhinc duos annos vitam Brismanni uberius describere aggressi sumus **), speramus fore amicos historiae reformationis patriae nostrae, quibus hae Brismanni epistolae veniant expectatae. Sunt enim reliquiae temporis memorabilis, neque solum accuratior historiae illius temporis cognitio ex iisdem potest hauriri, sed ipsius quoque viri meritissimi Brismanni pietatem illustrant et honestatem.

Paucae tantum, proh dolor! ad nostra tempora venerunt epistolae Brismanni, quarum in tabulario regio Regiomontano asservantur autographa, omnesque ex Livonia scriptae, ubi Brismannus, postquam Regiomonti inde ab anno MDXXIII. usque ad annum MDXXVII. evangelium praedicaverat, apud Rigenses per quadriennium in restaurationem sacrorum laborem impendit.

Has epistolas, praemissa illa, quae jam in Actis Bor. est impressa***), nunc ad verbum descriptas primum publici juris facimus, et si epistolas Melanthonis, Spalatini et Sperati ad Brismannum in collectione Vogleri laudata et in Actis Borussicis, l.l. jam typis exscriptas, adjecimus, judices aequi hoc haud dubie probabunt, tum quod librorum illorum alter est rarissimus, alter in paucorum tantum manibus invenitur, tum quod argumentum harum epistolarum satis est memoratu dignum, et clare demonstrat, summo Brismannum in honore habitum fuisse apud optimos

*) *Dr. Martin Luthers Briefe, Sendschreiben und Bedenken, vollständig aus den verschiedenen Ausgaben seiner Werke und Briefe, aus andern Büchern und noch unbenutzten Handschriften gesammelt, kritisch und historisch bearbeitet von Dr. Wilhelm Martin Leberecht de Wette. Professor der Theologie zu Basel. Berlin 1825. ff.*

***) Cfr. liber: *Der Dom zu Königsberg in Preussen von Dr. A. R. Gebser und Dr. E. A. Hagen. T. I. Geschichte der Domkirche zu Königsberg sqq. von A. R. Gebser. Königsb. 1835. p. 267. sqq.* — Cfr. et *Programma Festo Pentecostali a. MDCCCXXIII. De primis, quos dicunt, sacrorum reformatoibus in Prussia, quo Senior Facult. Theol. S. V. D. Rhesa primus vitam Brismanni accuratissime ex fontibus descripsit.*

***) T. I. p. 818.

sui temporis viros, at hanc quoque collectionem epistola Poliandri auximus, quae hucusque in tabulario regio abscondita nunc a viro Clariss. Fabero in lucem prolata, et nobiscum liberaliter communicata, primum in publicum prodit. Epistolas vero Lutheri ad Brismannum hoc loco repetere noluimus, cum editio epistolarum illius a V. S. V. De Wettio adornata in omnium sit manibus. —

Vestris autem, Commilitones Ornatissimi, mentibus memoria Brismani semper sit infixae, nam non solum sacrorum instaurationem apud nos sedulo egit, sed etiam primus in hac urbe lectiones theologicas instituit, „nec non magna Academiae nostrae caussa fuisse fertur“ *). Spiritus veritatis virum pium ante haec tria secula egit in patriam nostram, ubi res praeclaras veritatis ope perfecit, quarum memoria nunquam evanescet, faxit deus O. M. ut et Vos, Commilitones Dilectissimi, spiritus veritatis ad omnem veritatem perducat.

P. P. in Academia Regiomontana III. Idus Maii a. MDCCCXXXVII.

*) Cfr. l. l. *Der Dom zu Königsberg sqq. T. I. p. 317.*



I.

Epistola Joannis Brismanni

ad D. Mart. Lutherum, de matrimonio suo et Episcopi Sambiensis
Georgii a Polentis. D. Regiomonti d. XV. m. Jun.
MDXXV. *).

Deus, qui juxta admirabilem providentiam suam, me vocavit et duxit in Borusiam, certe praeter opinionem mihi dedit puellam conjugem, scio id dei ordinatione factum esse. Desponsata est et Episcopo Sambienti virgo nobilis, Conradi de Truchses filia, octavo die mensis Junii, hoc est quarto fere die ante nuptias nostras. Tu ora, ut deus conterat Satanam sub pedibus nostris velociter. Salutatur te D. Sambiensis ex animo. Salutatur te quoque costa mea, quae te non novit, nisi doctrina et nomine. Venit ad nos Martinus Cellarius, qui ante tres annos cum Storco et Marco prophetis illis Wittembergam deserens abiit **). Homo est, imo homuncio ineliquibilis jactantiae spiritus sui. At deus, qui facit, ut in lu-

*) Primus hanc epistolam ex autographo Spalatini edidit Jo. Ernest. Kappe in libro: *Kleine Nachlese einiger zur Reformationsgeschichte gehöriger Urkunden.* Leipzig 1717. Part. II. p. 674. Nos hanc epistolam exhibuimus e libro *Acta Borussica.* T. I. p. 818.

***) De Storco, Marco et Cellario cfr. *Programma: De primordiis studiorum fanaticorum Anabaptistarum saeculo XVI.* Auctore A. R. Gebser. Regiomonti MDCCCXXX. p. 15.

mine suo videatur lumen, verbo suo ostendit, hunc esse spiritum mendacii et erroris. Scribit hac de re tibi Princeps illustrissimus, expectat a te quoque sententiam et iudicium.

II.

Epistola Joannis Brismanni

ad Episcopum Sambiensem Georgium a Polentis, de pactione Lubecii inter Archiepiscopum Thomam et urbem Rigam facta nunc dissoluta.

D. Rigae Donnerstag nach Purificationis Mariae (d. II. m. Febr.)

1530, ex autographo in tabulario regio.

Gnad von got dem vater vnsers Herrn Jesu Christj zuor grosgunstiger lieber geuatter Ich hab ewr schrift daryn yhr myr vff meyn voriges schreyben an euch von der erschrecklichen Kranckeyt welche man die Engelische Schweysseuche nennet, antwortet, empfangen, byn auch von Herten fro, das got der Almechtig, euch vnd Ewr liebe Hausfraw, gnediglich erhalten vnd von derselbigen Krankheyt erlöset hat Weytter zeygt yhr auch an, wie yhr dann als eyn liebhaber vnd sonderlicher födderer des Heyligen Euangelions schuldig billich mitleydung tragt, So yrkein vnfried, vneynikeyt, schaden verterb der Erbarn Stadt Riga zugefügt mocht werden, odder erwachsen, vmb der vngeschicklikeyt willen der vnuerstendigen, so den Sechsierigen Anstandt verschlagen, wie dan das gemeyne geschrey vberall gangen ist, vnd als ich halt, wol biss gen Nurenberg kommen Es ist myr verwar hertzlich leyd gewesen, vnd ouch noch, das ettlich vormessene stumpffe Köpff, ihren mutwillen nach, die vberhant haben gehabt, Doch hab ich, souiel der almechtig got gnade verliehen hat, fleysig widderrathen altzeyt, do die sache ouch am allerferlichsten gestanden, man solt nicht mit dem Kopff hyndurch Auch will ich euch als eynen sonderlichen Liebhaber des heiligen gotlichen worts nicht berget, das ich auch offentlich vor eynen Erbarn Rathe vnd den Eltisten der gemeyne vffm Radthaus angetzeygt hab, wie es yn keinem wege zu thun were das man densel-

bigen anstand solte so gar zurücke lassen gehen, Auch gemeldet daselbs, allerley Ferlikeyt, die daraus entstehen möchten So man denselbigen sechserigen anstandt nicht annehmen wolte, Dabey auch angetzeygt, wie man den letzten artikel des anstands, dieweyl er bey vielen als verdecktig gehalten vnd angesehen, wol mit gutem gelympff mocht erkleren lassen, vnd deshalben nicht den gantzen anstandt verwerffen, Es helt aber der letzte artikel diss yn sich, „Vnd ob sich widderwertikeyt gegen yrkeyns von beyden teylen (nemlich den Ertzbischoff, odder einer Stadt.) vfflenhten vnd entstünden Soll sich das ander teyll nicht dareyn mengen odder anhengig machen, widder mit radt noch mit tadt etc. Sonder sich vffs treulichste befleysigen vnd vnterstehen solchs abezuwenden vnd zuuerhyndern, vnd dem vorzukommen, vnd helffen guttlich mitteln, entscheyden vnd vertragen etc. Derselbigen Artikel nach seynem ersten teyl, hatte bey vielen eyn solch ansehen, das er zu nahe were dem eyde welchen die Stadt dem Hochwirdigsten Hern Meyster, vffs neu gethan hett, zur zeytt da Blankenfeld erwelt ist worden Die andern meynten man wolte sie dadurch widder brengen zur Kircholmischen voreynigung etc. Summa Summarum Darnach eyn yder die Sache vorstehet oder mit seynem gemüte gesynnet ist, also redet vnd deuttet er auch Es hatte auch D. Martinus Luther an den Radt zu Riga geschrieben, wie yhm der anstandt woll gefiele, vnd es vor yhre gewissen were, auch lieffe yn sechs Jarn viel wassers fürüber etc. Aber sie verstehen nicht alle das Euangelion recht, die sich des rhümen wie man an den bauru yn deutschen landen auch woll erfunden hat vnd vorwar, lieber geuatter, man acht der gewissen wenig Derhalben sie sich auch nicht viel, ia gar nicht an Christliche ermanung keren, yedoch hat got noch etliche rechtsynnige leutte, die diesen Handel gar wol behertzigen, Denn ich hab sie gar fleysig ermanet, das man also handele, das yhn niemande vrsache gegeben werde, Gott vnd seyn Heyliges wort yn vns zu lestern Solchs schreyb vnd vertrauw ich euch sonderlich, als einem mitglied Christi, vnd eynen liebhaber seyns Euangelions Der man welcher den sechserigen anstandt hat helffen vffrichten zu lubeck, hat es vngetzweyfelt gut gemeynet wie wol er warlich derhalben hoch beschweret ist worden vnd yn grosser fahr gestanden Aber got hats geschickt das auch der Hochwirdig Her Meyster sampt den gepietigern yhn als eynen getrawen, welcher frieden vnd eynikeyt vnd bestes der Lande gesucht hat, offentlich mit eyner schryfftlichen sententz

erkant vnd declarirt hat Auch hat got gnad verlihen, das ich hoffe Es werde der Anstandt voltzogen werden wiewol mit messigung, Es stund die Sache, da ettliche brieffe welche aus Preussen kommen waren vnd vffgebrochen wurden von den, welchen sie nicht zugeschrieben warn, warlich wunderlich, Da schien sie alle, der artikel were vmb keyn gutes gesetzt vnd also blos gestellet. Nu kan doch got alle ding wunderlich schicken Yn dem nehsten Landtag hoff ich wirdt got gnade geben, das eyn Fried gemacht werde Ich sehe die sache viel viel viel wunderlicher an dan ycz der Fedder vertrauen thor Ich schreyb auch meynem guten Freund Jens mall, da ich euch grüssen lies vnd mich meynes nicht schreybens halben entschuldigt, Eben wie ander leutte von der sache reden nicht wie ich got lob, ich weys wol wes guttes man sich zum Antichristischen volck vorsehen muss Ich weyss auch das es zu Erbarmen ist, das yn Sieben Jarn weyl das Euangelion yn leyfflandt gangen ist nicht eyner sich von den ritterbrudern vnd thumherrn bekart hat vnd begeben aus dem teuffelischen Hurn standt yn den Ehelichen Daraus ich leychtlich ermessen kann das eytel Heucheley ist das ettliche also das Euangelion predigen lassen vnd vntertzeytten auch selbs hören das doch yhr tzeychen vnd antichristischer standt bleyben, vmb wes willen sie landt vnd leutte haben, ertzurnen got frey, das sie nur alhie gross bleyben. Derhalben ichs gewisslich achte, got verblendet sie, denn sie horen das wort alleyn zum getzeugnus vber sich Jtzt nicht mehr dann es ist eyn böse ferliche tzeyt Hiemit sey got sampt ewrem lieben weyb vnd Kind befohlen yn seyne gnedige almechtige erhaltung an seel vnd leyb gegeben gantz eylend zu Riga Den Dornstag nach purificationis marie Im Jar 1530.

Joh. Bries.

**Adjuncta est huic epistolae scidula, quae sequentia continet: Exoptat
Brismannus e Livonia in Borussiam revocari.**

Meyn lieber Er Landtuogt*) ich bit wollet mich entschuldiget wissen, das ich euch nicht hab angesprochen denn ich mus ansehen meyne gescheffte vnd gelegenheyth der tzeyt.

*) Videtur hic vir fuisse, Mennicke von Schierstädt Landvogt auf Samland, qui anno MDXXX. a duce Alberto Rigam missus est. Apparet hoc e documentis in tabulario regio

Ich sehe das spiel seltzam an, ich bin warlich lifflandt gantz vnd gar müde, vnd wie wol ich sonst kranckheyt halben vnd allerley beschwerung, vnd streng des luffts mit grossem verdriess in liefflandt bisher gewesen byn, Ausgenomen das mich gottes befehl auffgehalten vnd getrostet hat. So ist doch itzund yn diesen geschwinden ferlichen leufften meyn beschwerung dreymall grösser wurden Ich weys so es ettliche daussen yn deutschen Landen wüsten, wurd es got durch sie schicken, das ich zu yhnen beruffen vnd befoddert durch rechte mittel wurd, Derhalben weyl ich alhie byn, begeb ich mich auch nicht yn preussen vnberuffen, wo es aber die Hern in Preussen thetten vnd mich beriffen, als nehmlich eyne stadt von wegen der gemeyne Odder eyn anderer dem es der stadt halben mit bewilligung der Stadt zustehet, würd ich mich yn preussen zu zihen vnd bleyben, nicht wegern, mit rechtem bescheydt der vnterhaltung. In mitler zeyt kan man woll daruff trachten.

Meynem gefattern gebt den brieff, daryn ich yhm antworte vff seyn schreyben, mit der newtzeytung, vnd entschuldiget mich der eyle halben, auch der gelegenheyt halben der tzeyt, wie yhr woll wisset.

Ich halts dafur, vnd lass mir auch solchs sagen, das sie Jerlich woll III tausent mark geben zur abschneydung, das Jener man von seyner gerechtikeyt vnd zuspröchen, des Stiffts halben, abstände, vnd thetten das lieber, denn das sie yhn yn das land nehmen.

asservatis, quorum unum in exemplari a Fabero Clariss. transscripto, Fol. XXXI. ita inscriptum est: Instruction für Mennicke von Schierstädt Vogt auf Samland um der Ritterschaft des Erzstifts Riga Namens des Herzogs Albrecht und Markgrafen Wilhelm anzuzeigen, dass der Letztere die Coadjutor angenommen habe, und derselben allen Schutz zu versichern. Ohne Datum. Vom Jahre 1530., — alterum: Antwort der Ritterschaft des Erzstifts Riga dem Botschafter des Herzogs Albrecht und Markgrafen Wilhelm, Mennicke von Schierstädt, gegeben zu Kokenhausen am 15. Juni 1530., — tertium denique: Antwort des Raths der Stadt Riga dem Mennicke von Schierstädt Landvogt auf Samland und Botschafter des Herzogs Albrecht gegeben, auf die Anzeige der Erwählung des Markgrafen Wilhelm zum Coadjutor und das Anerbieten zur Vermittelung der Streitigkeiten zwischen der Stadt und dem Erzbischof. D. D. Freitags am Tage Johannis des Täufers (d. XXIV. m. Junii) 1530.

III.

Epistola Joannis Brismanni

ad ducem Albertum de revocatione Brismanni, de conventu magistri Livoniae et episcoporum Rigae et Dorpati, et de consilio eorum impediendi confirmationem imperatoriam coadjutoris et marchionis Guilielmi. D. Rigae Sonnabents nach Nativitatis Mariae (d. VIII. m. Septbr.) 1530, ex autographo in tabulario regio *).

Gnad vnd fried gottes durch vnsern Herrn Jesum Christ zuuor Grosünstiger lieber Her Geuatter, besonderer guter freundt Ich hab yn kurtzuerschiedenen tagen ewr schrifft entpfangen, sampt den Zeyttung von Augsburg, des ich mich dan höchlich bedanck, vnd yn sonderheyt ewres hohen vnd gantz freuntlichen gunstigen erbietens gegen meyner person Nemhlich das ich mich gen Rostock nicht versagen soll**) etc. Sondern des mich gegen euch gantzlich versehen, dieweyl ich yn liefflandt meyner schwacheyt halben die lenge nicht bleyben wolte noch künd, das ich bey euch ym lande, durch ewren fleys vnd mittel etc. eynen guten Dienst, versorgung vnd bequemikeyt erlangen solte, mit mehr vmbstendikeyten, wie yhr dan schriftlich vermeldet Des bedanck ich mich gantz fleyssig gegen euch, dan solche sorgfeltig die yhr vor mich traget ist noch vnerschuldet Ich will auch gotte vnd seynem Heyligen worte zun ehren, mich yn lieffland noch eyn tzeyttlang, nemhlich biss vff ostern enthalten, ich hoffe got der almechtig wirdt vnter des der sachen seyns gottlichen Euangelions, auch eyne andere gestalt geben bey vns Doch mein freuntlicher lieber geuatter, wisset das sich bey vns die sachen seltsam vnd wunderlich verlauffen, vnd schier alle monden, eyn neue ansehen gewinnen, vnd wie wol von solchen sachen gantz ferlich ist alhie ym lande zu reden, dieweyl ich aber euch, als eynen sonderlichen liebhaber der göttlichen Evangelischen war-

*) Inscriptio hujus epistolae haec est: „Meinem grosünstigen geliebten gevattern Albrecht zu Königsberg zu Handen.“ — Haec epistola ad ducem Albertum, cujus in tabulario exstat, scripta esse videtur, et inclusae, nuntiosque secretos continenti, minuta haec inscriptio idcirco hand dubie data est, ut certius duci traderetur.

**) Cfr. I. I. Der Dom zu Königsberg sqq. T. I. p. 318.

heynt altzeyt gespüret hab, der niemandtz schade, sondern alleyn gottis vnd seyns
 gnadenreichen worts födderung begert kan ichs nicht vnterlassen (dieweyl es nie-
 mandes zu nachteyl odder entgegen von myr geschiet, yhr auch dasselbig wol
 heymlich bey euch behalten werdet), ich muss euch eyn wenig dauon entwerffen
 In vergangener wochen, als nemhlich des andern tages nach Decollationis Johannis
 paptiste, ist der Electus des ertzstifts Riga, gen Wenden kommen zum Hern M. (Meister)
 wie man sagt, nach manichfaldigem beger Es ist yhm entgegen geritten der Landt-
 marschalck, sampt dem Hoffrichter, mit hundert pferden Vnd da der Bischoff kaum
 eyn fiertel stund yn der Herberg gewesen, ist der Hochwirdig H. M. yn Eygner
 Person herunter gangen, vnd hat den Ertzbischoff auf das schlos geladen vnd ge-
 furt, vnd yn keynem wege wollen gestatten das er yn der Herberg bleyben solte
 Vnd ist yhm vnd den seynen gantz guttlich geschehen etc. Aber baldt nach des
 Ertzbischoffs aukumfft ist hernach kommen: one des Ertzbischoffs bewust: der von
 Derbt mit sechs Klöppern, gantz still, es hat aber das ander teyl seyner eygent-
 lichen Zukumfft gutt wissen getragen, als man sagt Was da verhandelt ist wurden,
 ist gantz heymlich vnd still, Doch ist mir von glaubwirdigen leutten angetzeygt,
 die auch zum teyl zu der tzeyt da gewesen, vnd dem gotlichen wort vnd den
 sachen des Euangelions nicht vngeneygt, das endtlich der von Derbt sich yn eygner
 person erboten hat hynaus zu Keyss. Mt. zu tzihen vnd alles auszurichten auff sich
 genommen das zur erhaltung der bepstlichen geystlikeyt, beyde der Prelaten vnd
 des Ordens, dienet, vnd dasselbig vffs O. vnkost vnd Zerung, vnd sonderlich so
 die Regalien vor den Coadiutor noch nicht ausbracht wern wurd er daran seyn
 von wegen der obgenanten geystlichen, vnd des gantzen landes, dieselbig zu be-
 hyndern, das sie nicht leychtlich odder schlecht erlanget mochten werden Es wirdt
 auch yn kurtz M. Heynmanuns Rode von wegen des Ertzbischoffs zum H. zu
 Preussen vnd dem Coadiutor zihen Aber ich hab erfarn von etlichen; die yhre
 geheimnuss zum teyl wol wissen, das der obgemelte Rode, mit ettlichen des Ca-
 pitels eyn sonderlich vernemen hat, etliche meynen er gedenckt thumprobst zu
 werden etc. vndt wirdt ym namen des Ertzbischoffs sonderlich, als were dem
 Ertzbischof viel daran gelegen, bogeren, die Regalien zu sehen, vnd zu lesen.
 Vnd so dieselbigen noch nicht vorhanden, vnangetzeygt wurden bleyben, würde
 er solchs zurück schreyben, vff das Darbt sampt den andern sich deste bas zu

schicken wüste Odder so sie vorhanden vnd ym fürgelegt vnd zu lesen gestat würden, würde er fleysige achtung darauff geben, ob auch etwas dem gegenteyl zu nahe, odder wes man sich derselbigen halben, weytter zuuerwaren, bey Keyss. Mt. haben möchte Es wird aber der von Derbt sich wie gesagt, vffs O. vnkost brauchen lassen hyryn, vnd seyner vnd seyns stifts bey Keyss. ma-t. nicht vergessen vnd wirdt durch Littawen vnd Polen reyssen, mit dem ersten, vngeseumet Es gehet sonst auch das gerücht das Velyn auch mit werde tzyhen, doch hab ich hyryn nicht so gewissen bescheydt velyns halben. Got geb das alle ding gehen nicht nach der menschen, sondern nach seynem heyligen gottlichen willen, zu lobe vnd zu ehre seynes namens vnd vnzerhenglichen wortes Amen. Die es dafür achten, das durch den Hern Coadiutor das gottliche wortt, vnd des Euangelions sache mochte yn lieffland gefoddert werden, wüdschen, das er mit den seynen sich mit dem allerersten befleyssige, die Regalien: so sie noch nicht vorhanden: vngeseumt zu erlangen, ehe den das gegen teyl hynaus komme dieselbige zuuerhyndern, yhr wisset liebe geuatter das ich die sache alzumall gotte anheym stelle, das ich auch keynes verderb suche, ausgenomen das ich des heyligen gottlichen wortes vnd willens Ausbreitung beger, wye ich mich dan zu euch gantzlich, als zu eynem christlichen freunde auch versehe, das yhr alles was ich itzundt schreyb, bey euch heymlich halten werdet, vnd got helfen bitten, das alle ding zu ehre seines wortes vnd namens gescheen, vnbehindert, vnd alles das sich widder gottes Ordnung vnd seyn werdes liecht aufflehnet, gedemütigt werde Amen und verwar, we nich dem H. Coad. vnd den seynen rathen solte, würd ich sprechen, das er sich vor dem ehegemelten Rode, vmb solcher heymlichen anschlege willen wol vorsehe wiewol es noch vnbewust, was des Ertzbischoffs endtliche meynung hyryn ist, vnd er selbs auch der Ertzbischoff sich villeicht vor allen tücken vnd hynderlistigen griffen nicht genugsam hütet, Er dürffte verwar der gutte H. Coadiutor, nicht balte sagen, das er die Regalien nicht hette, so sie noch nicht vorhanden etc. Auch, so sie verhanden, nicht balde tzeygen dem obgemelten Rode Vnd des von Derbts mühe vnd zukünftigen Fleys nicht verachten Diss hab ich lieb geuatter zum ueberfluss geschrieben, wiewol der Coadiutor sampt den seynen, meynes raths nicht bedarff, Sie synd one vns weyse genug Aber wyr beyde yhr vnd ich, als liebhaber des ymmerwerenden worts zustehet, wollen gott bitten,

vmb Fried vnd eynikeyt, vnd vmb erhaltung des heyiligen Euangelions, vnd all der Jenigen so daran gleuben vnd das selbig von Herten meynen vnd lieben Es ist zwischen dem Ertzbischoff vnd der stadt Riga eyn zweyeriger Anstandt gemacht, vnd der Termyn der Citation soll prolongiret werden vff beyder part supplication an das Keyserliche Kammergericht Wie aber die Handlung solchs Anstands hat zugangen, kan ich yn diesser eyll nicht schreyben, Ich byn selbs dabey gewesen, hat geweret in den XII tag etc. Wen der Coadiutor eyn Keysserlich Mandat durch eyn postbotschafft erwurb an alle stende des Landes, das sie yhn vnbehindert yn alles eynliessen etc. lautts seyner Regalien etc. vnd sich mit solchem mandat yns land begeb, achtens viel dafür, es würden die sachen eyn ander ansehen gewynnen Hiemit seyt gotte befohlen vnd seynem Heyligen wort Gegeben eylend zu Riga Sonnabents nach Natiuitatis Marie Im Jar 1530.

J. B.

IV.

Epistola Joannis Brismanni

ad ducem Albertum, de consociatione Archiepiscopi et urbis Rigae, quae Dalae facta erat. Brismannus de revocatione sua Regiomontum certior fieri desiderat. D. Rigae d. XX. m. Octobr. 1530.,
ex autographo in tabulario regio.

Gnad vnd fried von got dem Vater, durch Christum zuor Durchlentigster Hochgeborner Furst, gnedigster Her Ich geb ewr f. g. vnterteniglich zuerkennen, wie die sachen nu, got lob, zwischen dem Erzstift vnd der stadt Riga, viel eyne bessere gestalt, auch eyn viel freundtlicher vernemen, den zuor, haben Byn auch gantz der tröstlichen Zuuorsicht der almechtige gott, werde weytter gnade vorleyen das auch nach ausgange des zweyerigen vertrages alle zwispeltige Ding auffgehoben werden Denn die artikel, so eyne stadt Riga yn der Dalische Handlung dem Hochwirdigsten Hern Electo hatt furgegeben (welche ich hieneben Efg zuschicke) synd verwar mit grossem fleys vnd nicht geringer mühe, bey der gemeyne

erhalten, das sie daryn bewilliget, man solt dieselbigen also fürtragen Es were auch keyner yn gantz Riga also kün nicht gewesen, noch vor eynem Jar der dem Radt vnd der gemeyn solchs, nemblich das sie mit ettlicher condicion den Ertzbischoff widder zu eynem Hernn etc. annhemen solten, hett thürn ansynnen, Denn da war nichts anders bey radt vnd gemeyn zu horen, dan wir wollen bey der eynigen Herlikeyt leyb vnd gutt etc. vffsetzen biss vff den letzten man etc. Auch den eyd dem Hochwirdigen H. M. gethan, als eynem eynigen Hern, yn ewikeyt nymmer zuruck gehen lassen vnd alle lieber das leben dan die ehre vnd vnser gelympff verlihern etc. Also war ferlikeyt von allen seyten von aussen vnd von ynnen Denn es wurden auch die burger vertröst teglich, man wolt sie nicht loss lassen auch sie beschutzen fur ydermenniglich, ausgenommen vor recht des Keyss. Cammergerichts Doch wolt man sich vor brieffen nicht furchten Es were auch Keyss. Ma-t. woll so weyt von vns, das nichts zu besorgen were, wen gleych diss vnd jens folgete etc. ydoch gab got gnad durch vnser vielfeltig vnterrichten, beyde schriftlich vnd muntlich, dar entlich dahyn kommen ist, got geb weytter gluck Es hetten auch die Stiffteschen wol mögen *oblatas condiciones* annhemen, wenn sie durch das Capittel nicht weren geblendet worden Dann Bischoff Blankenfeld, seliger gedechtnus, hett solche yn keynen weg ausgeschlagen, sondern von Herten angenommen, wen es yhm nur so gut hett mugen werden. Wyr hielten auch mit ettlichen artikeln hynder dem berge, vmb der sache willen, die jene zeyt noch zukunfftig, vnd ettlichermass: wilchs vns datzmall nicht vnbewust: yn zweyffel warn, Nu aber, got lob, volzogen synd. Weytter g. f. vnd Herr wissen E f g. mein gebrechen vnd beschwerung zum teyll, welch ich yn lieffland hab, vnd daneben auch meyn furnhemen Bitt derhalben vnterteniglich E f g. wolten die sache mit dem von Samlandt, wie ich auch zuuor E f g. geschrieben, reden vnd handeln, vnd so es von nöthen mit dem Radt ꝑm Kneypffhoff verschaffen das die Vocation ausgericht werde*) Denn ich hab Ewrer f g. befehl nach, den von Rostock, nichts gewisses zugesagt, doch auch nicht gantzlich abgeschlagen, vnd man harret alhie alle tag auff die Herbst schiffe, damit ich dan gewislich von wegen eyner gantzen gemeyn, vom Erbar Radt etc. der loblichen Stadt Rostock schrift vnd

*) Cfr. l. l. Der Dom zu Königsberg sqq. T. I. p. 308.

brieffe haben werde Vnd wiewoll die von Riga mich gar vngern verlassen werden: wie ich leychtlich abzunehmen hab: doch was myr vntreglich vnd die Lenge gantz vnmüglich seyn will, muss ich auch ansehen Es hatt got lob auch mit der lere vnd mit dem gotlichen wort, auch mit allerley Kirchen ordnung, die drey Jar auch eyn andere gestalt gewonnen So kan ich auch durch sonderliche vnd auch offentliche schrift, den von Riga, ia auch dem gantzen liefflande: ob ich gleych anderswo byn, dienstlich, hüfflich, redtlich vnd trostlich seyn etc. vnd weytter anhalten vnd vnterrichten, wo es von notten seyn wurde Wie sonst vnser sachen yn Liefflandt stehen werden E f g. vngetzweyfelt von Magistro Hermanno Landwüst Item dem marschalck vnd andern hören Befelh mich hiemit e f g. vnterteniglich Gott der almechtig sterck ewr f g, an seel vnd leyb, erhalte die, seynem Heyligen wort zu ehren vnd landen vnd leutten zum besten langwirig gesunth, sampt yhrer f g gemahel vnd derselbigen tochter Gegeben gantz eylend zu Riga Im 20 Octobris Im Jar 1530.

E. f. g.

vnthertheniger Joh. Briess.

V.

Epistola Philippi Melanthonis

ad Brismannum. Consolationes et adhortationes, sine loco et anno *).
E collectione Vogleri laudata.

Integerrimo Viro, D. Johanni Brismanno Theologo.

Salutem! Equidem opto ut augeat te, confirmetque Dn. Jesus Christus, Spiritu suo, ut dures adversum impios et portas inferorum. Oppugnamur undique, et haec fortasse verbi Dei gloria est. Tantum vide, ut ea isthuc doceas, e quibus conscientiae piorum aedificentur potius, quam irritentur vulgi ferocientes animi. Scis in lege Mosis vetuisse Dominum, ne quis in castris egereret onus ventris, sic enim dicendum est. Nunc castra nobis opplent coeno nebulones illi, qui passim tumultuantur nulla causa. Sed haec tu ipse prudenter perspicies. Vale mi Pater.

Philippus tuus.

*) Haec epistola scripta esse videtur initio temporis, quo Brismannus domicilium Rejomonti constituerat.

VI.

Epistola Philippi Melanthonis

ad Brismannum, de Martino Cellario e Borussia reduce et de negotio mulieris cujusdam, adduntur salutationes. Dies non est adscriptus, videtur autem epistola anno MDXXV. exeunte aut sequente scripta esse*).

E collectione Vogleri laudata.

Dom. Johanni Brismanno.

Salutem! Martinus Cellarius Stargardianus apud nos est, inde usque a vobis profectus in hanc nostram Saxoniam. Rixatur nobiscum de suo illo regno, deque novis Hierosolymis, quas suaviter sibi somniat. Verum spero homuncionem aliquando rediturum ad sanitatem. Nunc quidem est strenue pertinax. Negotium mulierculae, cujus apud nos vir discessit ex vita explorabit diligentius hic Tabelarius. Ea in re quod fecisti antea, si tua opera opus erit, quaeso ut hanc adiuves. Vale. Saluta amicos Speratum et Poliandrum.

Philippus.

VII.

Epistola Georgii Spalatini

ad Brismannum. Commendat Spalatinus Johannem quendam antea monachum, subjunctis salutationibus et rebus novis. D. Lochae in Saxonia Vigilia Corporis et Sanguinis Dominici MDXXIV.

E collectione Vogleri laudata.

Pientissimo viro D. Johanni Brismanno Theologiae Doctori Christum in Prussia evangelizanti suo in Dno. fratri charissimo.

Dei gratiam et pacem. Non potui temperare mihi, mi charissime Frater in Domino, quin huic Johanni in Christo fratri in patriam proficiscenti ad te literas

*) Cellarius de cujus adventu Regiomonti jam in Brismanni epistola prima pag. 1. est sermo, in Prussia errores propagans in carcerem inciderat, elapsus inde per Saxoniam Basileam se contulit, ibique latino cognomine in graecum contorto Borrhaus dictus saniora docuit et scripsit. Cfr. Scultetus a. MDXXI. — Paulus Speratus Luthero a. MDXXV. Domin. Trin. ex urbe Regiomont. de Cellario haec scripsit: „Martinus Cellarius huc venit, cujus spiritus probandus est, videtur enim participare cum Munceri et Carolostadii spiritu. In aulam nostram eum conscivimus, ne forte vagabundus in urbe virus spargeret. Liberalissime

has, vel potius literulas, darem. Praesertim si quid scripturus essem operam suam offerenti ultro. Deus igitur faxit ut sicut coepisti, ita pergere ne cesses, in Christo isthic fideliter et fortiter evangelizando, una cum optimo et Pientiss. Episcopo Sambiasi, modis omnibus Reverendo Antistite, cui eo commendatior esse cupio, quo absolutiorem dotibus Christiano Episcopo dignis video. Utinam ergo ejusmodi multos Episcopos habeat Christianus orbis. Te nunc oro, ut hunc hominem et ipsum captivitate et Babylone monastica liberatum, tuo Episcopo commendes diligenter, apud te quoque et amicos, si tuam auctoritatem et opem flagitarit, commendatum habeas. Dabis enim hoc non tam meis precibus, quam Christo, qui pro sibi collato habiturum promisit, quicquid in fratrem vel inimicum contuleris. Ora quaeso cum tuis Deum pro Principe nostro, Electore Saxoniae et nobis. Wittebergae nunc et alibi, quod sciam, salva adhuc sunt omnia. Lutherus his diebus cum Philippo Melanchtone in patria suos visit, Hoseam frequentissime praelegit Auditorio. Bene vale, cum tota Dei Ecclesia in Prussia. Rursum ex Locha in Saxonia, Vigilia Corporis et Sanguinis Dominici, M. D. XXIV. G. Spalatinus.

VIII.

Epistola Joannis Poliandri *)

ad Brismannum. Consolationes animique confirmationes. D. Konigspergii d. XIV. Decbr. a. 1527. Ex exemplari in tabulario regio.

Gratia et pax a domino, Successibus tuis, frater in domino venerande, ex animo gratulor, Quod autem istheic passim vnum et alterum homines magis timendos ducunt quidam quam deum, nimirum Ferdinandi Regis aut Caroli Caesaris vim per istius Pseudo Episcopi machinationes ceruicibus suis iamiam imminere

tractatus interim, donec probabitur ipsius spiritus, qui si malus fuerit, optamus ut resipiscat, si bonus, honorabitur ut justum.“ — Ex his et ex epistola prima Brismanni p. 1., patet Cellarium aestate a. MDXXV. adhuc Regiomonti commoratum, et seriore demum tempore hanc Melanthonis epistolam, post reditum Cellarii Vitebergam, scriptam esse.

*) De Joanne Poliandro (Graumann) nato Neapoli (Neustadt) in finibus Palatinatus superioris a. MCCCCLXXXVII., qui anno MDXXV. postquam et Vitebergae Lutheri et Melanthonis doctrina et consuetudine usus erat, Regiomonti in vetere oppido pastor evangelicus est constitutus, ubi a. MDXLI. d. XXIX. m. Apr. mortuus est, conferatur Programma III. De primis sacrorum reformatioribus in Prussia (auctore S. V. Rhesa) Regiomonti MDCCCXXIV.

putantes, nil mirum est, quando in terris istis tam longe a Germanis semotis summa est Germanicarum rerum ignorantia, vt libere liceat Impostoribus vestris quiduis comminisci quo vanum terrorem incutiant imperitae plebeculae, at certe quantum in Germania valeant id genus chartacea terriculamenta tuipse satis nosti postquam semel didicere Germani hoc ex pelui fulgur intrepidis oculis obtueri. Prima quidem fronte terribilia videbantur tam tumida ac plane fulminea Edicta insuetis, quae nunc mulierculae et pueri rident. Idem breui futurum est apud Liuonios tuos vbi parumper expectauerint dominum super verbo suo vigilantem. Videbunt profecto videbunt gloriam domini et confusionem Antichristiani regni, quae nunc maior est in Germania latiusque serpit quam antea vnquam, quantumuis diuersa somnient quidam istheic miseri Cruciferi. Siquidem nihil hactenus in hac causa potuere Caesaris minae in proximos quosque, nimium itaque puerile fuerit tam elonginquo minitantem timere, presertim cui nunc res sit cum tot hostibus, iisque tam instructis, qui vel victi tantum abinde negotii victori suo sint exhibituri, vt de Liuonia ne cogitare quidem possit, neque enim multo minus periculi erit a victis quam a vincendis fuit. Idem fere de Regis Ferdinandi rebus censendum est. Probo tamen eatenus Tarbatensium obedientiam qui Cesareo edicto moti suas arces suosque redditus restituunt Episcopo, nam talia nunquam ablata esse oportuit quamlibet Impio. Verum id cauendum est ne hic Hieroboam peccare faciat Israellem, Cautè igitur discernant Liuonii quatenus parendum sit principibus, Id quod facile poterunt nisi non velint ex ore tuo: tanquam ab Angelo dei: Iudicium verum audire, Tu vero quod facis: esto murus aeneus pro Israelitis istis, quem hoc tempore, quo maxime opus esse sciebat, isthuc misit dominus. Nec tam laboriosum erit tibi resistere huic vano terrori, quo tanquam aperto Marte nihil hucusque profecisse se Sathan ipse fateatur oportet. Verum et obuiam eas, vna nobiscum atque adeo cum piis omnibus communiter, pseudoprophetae emergentibus passum ac paulatim pedem promouentibus, hic opus hic labor est, Hic accingamur armatura dei aduersus nocentissimas nocentissimi hostis Insidias, prae quibus ea quae Liuonii tui tantopere timent leuicula sunt et plane ludus quidam. Confortamini itaque in domino et viriliter agite, prae foribus adest Iudex qui personas non accipit atque adeo potentes de sedibus deponit humiles vero exaltat. Recte in domino vale cum dulcissima coniuge et liberis. Konigspergii 14ta Decembris Anno 1527. Jo. Pol.

Syncero et libero Theologo D. Johanni Brismanno Rigensis
Ecclesie in Liuonia doctori, fratri in Christo venerabili.

IX.

Epistola Pauli Sperati *)

ad Brismannum. Loquitur Speratus de controversiis quae tunc temporis locum habebant, et de sorte sua, praesertim de vita in aula, quaeritur. D. Regiomonti Ultima Septimana Purificatae Virginis a. MDXXVIII.
E collectione Vogleri laudata.

Servo dei, Doctori Joh. Brismanno, apud Rigam Livoniae annuncianti Christum,
amico vere suo.

Gratia et pax per Christum. Rursus *μνημόσυνον* charitatis accepi literas tuas, quibus primo amicus merito gratificaris nobis, pro missione librorum quos tuo nomine comparavimus, quo sane nihil aliud agis, quam quod pergis ultro nihil pro te non satagenti amoris nostro calcaria apponere. De rebus Borussiacis respondeat qui coelesti interfuerit consilio. Jam enim incerta huius mundi pax est, ut de ea nisi is, qui idem facit pacem et creat malum, et potissimum hac tempestate nostra nemo pronunciare ausit. Dicunt quidem nostri aulici pax, pax, ac verentur quidam aliud praesagiente malum veluti communi quodam sensu omnium. Et videmus quosdam manifestioribus exemplis in manus Dei *Θεομαχῶντας* incidere, e quorum numero Blancofeldius forsitan erit, qui nihil aliud in animo aequae habuit ut verbi nostri moliri exterminium. Misereatur nostri Deus qui non minori culpa delinquimus, impie prodentes apud Papisticam gentem nomen Domini nostri Jesu Christi, quem jam tandem non vita exprimimus, cujus verbum nos habere jactamus. Nequaquam dico ut omnino non peccemus, sed quia licentius peccamus, valde timeo ne ille, cum peccamus misereatur nostri. At miserebitur, id est, benigne visitabit nos in virga castigationis suae. Atqui vae nobis, si non tum resipuerimus. Luxuriat et libidinatur interim multa Satan discordiis, et capitalissimis inimicitiiis incendere

*) Paulus Speratus, quem una cum Joanne Brismanno et Joanne Poliandro reformatorem Borussiae vocant, natus est a. MCCCCLXXXIV. die XIII. m. Decbr. in Suevia ex nobili Spretorum familia, et post varios casus Vitebergae Lutheri familiaritate usus est, unde a. MDXXIV. dux Albertus eum Regiomontum ad munus concionatoris aulici vocavit. Postea a. MDXXX. episcopus Pomesaniensis constitutus, d. XII. m. Augusti a. MDLI. Mariae insulae est mortuus. Cfr. Programma II. de primis q. d. sacrorum reformatorebus in Prussia (auctore S. V. Rhesa) Regiomonti MDCCCXXIII., in quo inest vita Pauli Sperati.

conatur universum mundum, id est, non solum impios inter se, verum etiam, qui in mundo cum sint, de mundo esse non volunt, et a verbo sese stare utrinque jactant, nos ipsos loquor, qui Regno Papae nuncium remisimus. Attamen inter nos quotusquisque est, qui nulli sectarum nomen dederit. Ut earundem primarios auctores taceam, pro qua mordicus defendenda, proh dolor, nec charitatis ulla ratio habetur. Hi Anabaptistis colludunt: isti Sacramentariis accedunt. Alii prae contemptu vulgarium, data opera semper nova (sc. ne Zizaniae steriliscant) in medium producere contendunt, hoc est, ex Christo bestiam multorum capitum statuere: quorum (ut intelligo) focorum ovile vestrum infestantium manipulum quendam in vobis toleratis. Sed tolerate cum multa lenitate eiusmodi fata, donec is qui ea, ab olim similiter tulit, ipsa perdat; sed utinam in multa misericordia perdat, id est, convertat eos, qui pro vasis irae revera habendi minime fuerunt. Quod si maxime existant, tolerate tamen, nam oportuno tempore vobis aderit Dominus, quod vel nunc sua bonitate, ut scribis, incepit. Durate igitur, procul dubio, qui cepit, perficiet opus suum in vobis. Et tu Brismanne alioqui infirmum vasculum et plus quam testaceum cogita, quanta olim per te facere dignatus est is, qui potentiam suam per infirma hujus mundi manifestam facere in more semper habuit. Quem tenorem mirabilium operum suorum nec hic mutabit. Sed interim quoque considera, quantam iram conceperit Deus adversum universum mundum, cum pro merito nostro tot Spiritus errorum ubique immitat. Proinde ora cum omnibus Christum sincere amantibus, ut regnum Dei feliciter augeat et nomen sanctum ipsius de die in diem amplius sanctificetur, id est, ut nostri misereatur, cum haec omnia propter nos fieri velit, quae alioqui propter seipsum, cum nostrorum tum nostrum nihil egens, susque deque facturum sit. Quod ad me attinet, id loquor, quod ante ad Gisobertum testatus sum. Me videlicet non sperare quod aliquando vobis usui esse queam, propter linguae meae ab ista distantiam, quam ad Gentis vestrae sermonem vix credam unquam attemperabilem. Gratiam tamen habeo diligentiae vestrae, pro me amico habitae, quam utinam aliquando facto reponere liceat. Displicet autem hodie Borussia, nec spero unquam placitum melius. Non dico me creaturam Dei bonam in Borussia contemnere. Et quod salva conscientia me vix in aula vivere permittet: mihi vero ubique patria esto.

Nova ex inclusis his accipies, quae tamen volo ut hoc latore iterum tuis ad me inclusa fideliter recipiam. Vale, Saluta nostros et potissimum Lomuellerum ac

novum istum amicum tuum Jacobum Battum. Una cum Gisoberto nostro. Persuade autem novo isti ut et me in album amicitiae suae inscribat. Ex Regiomonte, ultima septimana Purificatae Virginis. Anno XXVIII. Dignetur te Deus pater et Dominus noster Jesus Christus multis cumulatus sua dilectione et favore, et donet ut secunda tibi sint et recte habeant omnia.

T. P. Speratus.

Festinatissime scripsi, rescribe hoc nuncio.

X.

Epistola Pauli Sperati

ad Brismannum. De consilio in Borussia manendi quod Speratus cepit, de reditu Brismanni Regiomontum, et de vitulo in Livonia prodigiose nato. D. Regiomonti Domin. Oculi perendie a. MDXXIX.

E collectione Vogleri laudata.

Gravi sanctoque Theologo, Johanni Brismanno Servo Christi apud Rigam Livoniae.

Salutem quae tibi tuisque sit verae saluti per Christum. Incidi forte fortuna in hominem hunc latorem praesentia jam ocreatum et viatoria indutum, et jam jam submissurum equum. Interrogavi, quonam? respondit, Livoniam versus. Observavi demum hominem, tantisper exspectaret, donec aliquot literas ad te primum omnium amicorum meorum exarare possem. Fecit, et ego mox haec scripsi, plura scripturus, si licuisset. E Lucisso Labiano proxime meas ad te simili festinantia dedi, et post hac tuas alias recepi per Sagemum nostrum: his autem te nunc literis scire velim, quandoquidem adeo fixo, ut video inevitabilique aeterni Numinis decreto, ita statutum sit, ut in hac Aegypto mea manere cogar, quid aliud agam nisi ut prudens rursus mecum in gratiam tandem redeam: Aegyptum pro Paradyso habiturus, denique quia sic est voluntas Domini. Princeps multo ante retulit mihi se tibi scripssisse, quo reditum tuum ad nos sperare posset. Pridie vero in mensa ostendit nobis tuas ad se receptas, in quo tu praeter caetera de vitulo apud vos prodigiose nato multis disputas, fac picturam eius accipiamus aliquando. Promisisti saepius nunc mihi capita Tragoediae vestrae, in qua tibi negocium est cum errorum Doctoribus isthic. Libera fidem precor aliquando tuam, si vacat. Hic passi sumus Idolomachos ut nosti, nunc alios deteriores sed occultos adhuc iniquitatis operarios,

quos vereor sequentur adhuc omnium pessimi quidam, adeo Satan non quiescit.
Vale. Valeant uxor et liberi. Ex Regiomonte. Domin. Oculi perendie. A. XXIX.

T. P. Speratus

boni consule festinantiam istam inconsultissimam.

XI.

Epistola Pauli Sperati

ad Brismannum. Flagrat Speratus desiderio Brismanni, expectavit senex, qui negotio vix sufficit, Brismanni reditum. D. ex Insula Mariana haud dubie anno MDXXX. exeunte aut initio a. MDXXXI. *).

E collectione Vogleri laudata.

Servo Jesu Christi ferventissimo D. Johanni Brismanno, incomparabili suo amico fideliter, Rigam Livoniae.

Salve mi Frater in Christo charissime. Salve ex animo terque quaterque. Quamdiu nihil literarum abs te accepi ego, atque infelix ego, qui rursus ad te dare nihil potuerim, nec nunc pro voto possum. Hodie enim XV. p. m. literas festinavi potius quam scripsi, et lator vix apud nos pernoctare voluit. Sed nihil est, quod scire cupiam avidius atque salutem tuam tuorumque, etsi multa inter nos commentanda forent. Dabitur forsán liberius tempus isti confabulationi nostrae. Sum ego in officio nunc omnium laboriosissimo: tenet sollicitudo commissarum Ecclesiarum, cui negotio vix ego senex jam sufficio, praeligerem privatus vivere si liceret. Expectabamus hic te, nam scimus tibi displicere Livoniam: Sed nobis non vivimus; sicut Patri placet, ita nobiscum fiat. Tantum oremus, ut dulcis sit nobis Domini voluntas. Vale. Ex Insula Mariana Prussiae Pomezaniensium. Saluta Uxorem, et quoscunque charos habes isthic, imprimis Lohmüllerum nostrum. Iterum Vale.

P. Speratus, Episcopus Pomezan.

*) Anno MDXXX. Speratus episcopus Pomesaniensis est constitutus, Brismannus vero anno MDXXXI. e Livonia rediit, itaque haec epistola tempore post electionem Sperati et ante reditum Brismanni est scripta, Speratus enim in eadem jam titulo episcopi utitur, Brismannus autem nondum redierat.
